

Ann. III.

Num. I.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Premium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN BELGICA
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LOXDON W. — 28, Orchard Street.

LUGDUNI

Rue Victor Hugo, 5

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAEE SEPTENT.

COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.

NEW YORK, 113 w 95th St.

NEW YORK (U. S. Amerie.), 143 w 95th St.

IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND

Apud

NEW YORK (U. S. Amerie.), 143 w 95th St.

IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM

LIBRAIRIE VIC ET AMAT

CHARLES AMAT SUCC.

IN HUNGARIA

Apud

C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE

BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

SOCIIS, LECTORIBUS COMMENTARII NOSTRI HUMANISSIMIS	Vox Urbis.
INDICTI CERTAMINIS LITTERARIJ IUDICIJM	V. U.
DE RENOVANDO LATINA LINGUA USU	F. Ramorino.
COMMUNIA VITAE — De nonnullis ad mundum muliebrem spectantibus .	Maurus Ricci.
KALENDÆ JANUARIAE	D. Tamilia.
IN AQUAM PERUSINAM — Paraphrasis italicij epigrammatijs a doct. H. Fron-	
tini exarati	Leo PP. XIII.
URBEVETANUM TEMPLUM	A. Fumi.
De "TELEPATHIA", SIVE DE COGITATIONE IN ALIUM TRANSMITTENDA . . .	R. Spina.
DE SCANDINAVIS REGIONIBUS	A. Vieillot.
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATITATE	P. Angelini.
NOTITIAE LITTERARUM ET ARTIUM — Terentii <i>Andria</i> Florentiae acta a. 1475	N. Festa.
IOATHAN ET SARA PASTORES, DUM, VISO IAM PUERO IESU, AD GREGEM RE-	
DEUNT	Fr. X. Reuss.
DE GEMMIS ARTIFICO PARTIS	A. Costaggini.
ANNALES	Poplicola
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
AENIGMATA	Digamma.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Gaudens Societas — Ioci	P. d. V.

ROMAE
EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCCC

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS Commentarii VOX URBIS anno MCM

Premium annuae subnotationis est: in Italia Lib. 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.
recto tramite mittendum
ad Aristidem Leonori equitem, commentarii ipsius possessorem et administratorem

ROMA - Via Alessandrina, 87

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA

Inter eos omnes, qui die XV mensis Martii MDCCCC inter commentarii socios numerentur,
sorti committetur sacro Paschatis Resurrectionis die eiusdem anni

Theca Aurea Pulveri Nicotiano Asservando

qua SS. Dominus PIUS Papa IX f. r. utebatur, prouti ex luculento constat in scriptis testimonio

Qui primum nunc nomen dederint, premiumque subnotationis solverint uti supra, *Vox Urbis* commentarium accipient a Kalendis Ianuariis usque ad expletum annum MDCCCC, iisque donum erit

URBIS A IANICULO MONTE PROSPECTUS

late magnus (m. 1.10 × 0.24) et visu decorus.

Sociis qui subnotationem renovabunt dono dabitur *ubi primum in promptu erit*

LIBER (vulgo "Album") PRAECIPUA URBIS REFERENS

pulcritudine insignis atque, commentarii moderatore iubente, expresse conflatus.

Denique illis inter socios, et recentes et veteres, qui tres in Italia, vel binas ubique extra Italiam subnotationes novas comparaverint, earumque annum premium recto tramite miserint ad commentarii administratorem, optio erit unius ex his XXXIII quae sequuntur, quod gratuito pariter habebunt:

- I. Aristotelis De arte poetica liber. Rec. GUILLEMUS CHRIST.
Id. Ars rhetorica. Ed. A. ROEMER.
Id. Quae feruntur Magna Moralia. Rec. FR. SUSEMIEL.
II. Fabulae Romanenses graece conscriptae ex rec. et cum adn. A. EBERHARD.
III. Homeri Carmina. Ed. GUIL. DINDORF. (Voll. 2).
IV. Metrologicorum scriptorum reliquiae. Ed. FRIDERICUS HULTSCH. (Voll. 2).
V. Patrum Nicaenorum nomina graece, latine, syriace, coptice, arabice, armeniace. Edd. H. GELZER, H. HILGENFELD, O. CUNTZ.
VI. Plutarchi Vitae parallelae. Rec. C. SINTENIS. (Voll. 5).
VII. Strabonis Geographica. Rec. A. MEINEKE. (Voll. 3).

- VIII. Xenophontis. Expeditio Cyri. Rec. A. HUG.
Id. Historia Graeca. Rec. O. KELLER.
Id. Institutio Cyri. Rec. A. HUG.
Id. Commentarii. Rec. W. GILBERT.
Id. Scripta minora. Rec. L. DINDORFIUS.
IX. Novum Testamentum. Graece ed. PH. BUTTMANN.
X. Augustini (Sancti Aurelii) De civitate Dei lib. XXII. Iterum rec. B. DOMBART. (Voll. 2).
XI. Caesaris C. Iuli cum A. Hirti aliorumque supplementis: Commentarii de bello Gallico, de bello civili, de bello Alexandrino, de bello Africo, de bello Hispano. - Fragmenta. Rec. B. KÜBLER et Ed. WÖLFFLIN. (Voll. 3).
XII. Ciceronis M. Tullii Opera rhetorica. Edidit FRIEDRICH. (Voll. 2).

(Sequitur in tertia operculi pagina).

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques,
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

Sociis, lectoribus commentarii nostri humanissimis.

NATALITIUS Domini dies, et saeculi supremus annus opportunitatem nobis exprimentorum omnium praebent. Neque vero mos augurandi et consuetudo moverunt. Non enim omnia, quae dicimus, nunc esse coepiunt, quasi non antea fuissent, sed nunc prodire prorsus qualia iam inde fovebamus. Latebant enim et gestiebant erumpere, modum autem tempusque erumpendi nondum nancisebantur; et quoniam nunc solemnissimis in hisce festis locum sibi congruum horumque alite candido repererunt, vos bona verba accipite, boni o socii et lectores, quae talia sint apud vos non qualia nos dicimus, sed qualia enunciata exoptamus in melius; non qualia sonant, sed qualia penitus concepimus animo. Eadem iure debita vobis haec sunt, non officio; magnis a vobis aucti beneficiis et gaudiis, quae possumus, rependimus, non quae cupimus.

Dum enim emensum tot mensibus iter cogitatione memori remeamus, favoris vestri iam inde a principio vestigia, et ab ipso, ut ita dicam, ippodromi carcere signa invenimus. Non dum enim videratis quid nostri ferrent humeri, quid recusarent, et utrum propositis ponderibus vires nostrae responderent vel minus, et iam quamplurimi vestrum in ipsis vagientem incunabulis *Vocem Urbis* ad se advocabant, et morantem adhuc circa ubera, quasi oblato pomo, ut moras rumperet benevolentia concitabant.

Quo factum est, ut alacres gaudio et fidentes animis omnes commentario nostro, immo vestro, laxaverimus habenas, tenentes fide magna quod nos iter monita, consilia exhortationesque verstrae docebant.

Augusti dignitate ac sanctissimi viri commentario vestro, o socii, sua scripta dederunt; dederunt ex vobis viri doctissimi, atque ex remotissimis regionibus orbis terrarum ad nos vulganda miserunt, quibus adhuc paginae commentarii huius coruscant, atque aeternum fulgebunt.

Itaque dicere possumus, eritque minor vero sententia, magnum opere atque incitamento commentarii reviviscere studium latinitatis, et quasi constanti flamine aurae saluberrimae quotidie crescere, quotidie augeri, et quampluribus iam persuasionem inesse, fore ut hic sermo brevi redeat quasi vinculum humani generis, cui manus dent — nulla enim aemulatio subest, atque omnis abest superbae dominationis invidia — quot gentes, quot populi sole fruantur.

Quod quidem ut festinaret, nos proposuimus praemia scripturis fabulam aliquam. Res a nonnullis tentata est, missaque ad nos scripta, quorum iudicium infra legetis. Itaque multi in latinum sermonem incubuerunt, ac traditiones iuventutis, volutatis iterum aureae latinitatis auctoribus, iterum agitarunt.

Qui principem locum non occupayerint, ne desistant: dura sunt et cuique aspera initia; nec qui incepit, sed qui perseveraverit coronabitur.

Nos igitur iterabimus praemium; ac duo interim argumenta tractanda exhibemus; alterum oratione soluta ex historia, quae aliquid narrat actum inter imperium Constantini Magni et ultimum christiana gentis conatum ad recuperandas regiones, quas Christus vita sua et morte sacravit. Alterius autem operis, carmine tractanda hexametro, ad modum Horatiani sermonis, res proposita haec esto: *Litteratorum hominum aerumnae et gaudia.*

In soluta oratione praemia constituuntur eadem, quae superiore anno polliciti sumus; *aureum nummum* ei qui primas tulerit, suique operis, quod in commentario edetur, exemplaria centum; *nummum argenteum* qui secundas, itemque exemplaria centum.

Qui princeps in poesi fuerit praemia similia accipiet.

Utilis ad mittendum dies erit qui a kalendis Augustis alter est.

Cetera manent ut in superiori litterarum certamine fuerunt constituta (i).

Iamque valete, o lectores, o socii, et, quo nos accepistis animo, eodem nobis haerete; faventibus quippe et cooperantibus vobis magnum erit latinis litteris incrementum.

Valete, atque etiam valete.

Romae, kalendis ianuarii M DCCCC.

Vox Urbis.

(i) Haec ita se habent: a) Spatii tantum conceditur quantum decem paginae nostri commentarii continere possint. — b) Opus latino sermone conficiatur, coequo perspicuo ac perpolito. — c) Absolutum ad nos, quovis dispedio immune, mittatur nullo obsignato nomine; sed in fronte voluminis versus aut sententia scribatur, addaturque epistolaris theca, quae exterius eundem versus aut sententiam praferat; intus habeat nomen scriptoris inclusum. — d) Singulis scriptis probandis tres addicentur iudices, qui de unoquoque seorsim sententiam ferent: idem collatis consilii iudicabunt, quae digna praemio videantur.



INDICTI CERTAMINIS LITTERARII IUDICIA

A commentarium nostrum opportuno tempore missae fabulae, fide et religione, quibus parerat, perpensi sunt, et quae in unaquaque improbanda, quae laudanda videbantur fideli notata sunt calamo in peculiari folio cuiusque censoris seorsim iudicantis. Postquam scripta illa septem — tot enim fuere — peculiari trutina singulorum excussa sunt, condicto die censores tres convenere, ut communis iudicio singulorum sententiae expenderentur, et si qua discrepantia esset, votis dirimeretur. Eius autem coetus viri ita censuerunt:

Tres ex missis libellis, qui his distinguebantur titulis: *Sero venientibus...* — *Excellentissima virtus iustitia — Spes animos auget,* non modo de litteraria re, sed vel de grammatica ipsa male meritos fuisse.

Scriptum: *Inter naturam et artes pariter reiectum est;* nam et contradictionibus refertum, et animi motibus carens, et inventionis inops.

Fabula praeferens: *Qui cupit optalam cursu contingere metam, etc.,* Vergilianis ac Sallustianis phrasibus tumultuaria tuba convocatis ita scatet, ut in hac poetica Maronis lingua item cum rudi severitate Sallustiana ac ferocia instituere videatur. Quod quidem vitium subsultantem conficit orationem, et ineptam; ita ut non phrases ad orationis lucem, sed oratio ad phrases catenis rapta ac tracta videatur. Adde modo puerilem historiam, puerilibus propemodum imaginibus ad nauseam sartam; adde futiles prosopopoeias, precesque ridiculam moram facientes operi perpetuas per paginas decurrentes.

Reliquae duae fabulae, quamvis altera cui titulus: *Cursu peto ardua montis,* non incompto stilo et non rudi lingua composita; altera vero: *Narratio saepe doctrinae loco est,* humiliori exarata calamo videretur, reiectae pariter sunt, quod nec unitatem servassent, nec pes, nec caput uni redderetur formae, et horrendum desinenter in pisces mulier formosa superne.

Sexcentis propemodum fabellis fabula quaeque constabat, quas inter se non ordo, non filum assuebat, nec quid sibi vellent, quo tenderent, quid optarent satis patebat, quum praesertim fortuita nomina virorum locorumque quasi in tenebroso quodam spatio pererarent. His itaque perpensi, censores praemia tribuenda communi sententia negarunt.

V. U.

DE RENOVANDO LATINA LINGUA USU

PERSPICUUM est res humanas attentis oculis consideranti, omnes quot in orbe sunt gentes nationes, exente hoc saeculo nostro, multo arctioribus quam antea vinculis inter se contineri. En barbarae gentes, quae in Africa et in nonnullis Americae partibus adhuc sunt, iam non auram sed, paene dixerim, flabra humanitatis undique spirantia sentiunt; mercium commutatio per totum orbem fit in dies

maior largiorque; viae quoquoversus ferreis regulis sternuntur et naves maxima molis fabricantur, eamque ope vaporis vi tracti catervatim vehuntur homines a meridie ad polum, ab oriente ad occidentem; inventa ad vitae usum pertinentia statim ac facile ab alia in aliam gentem accipiuntur, propagantur, in communem utilitatem adhibentur. Quid tantum abest ut omnia in unum conspirent, et vera efficiatur quod divus Ioannes praedixit ut fiat unum ovile et unus pastor?

Sed sensibus et animis hominum tam amice coniurantibus repugnat vehementer diversitas linguarum, quibus ipsi utuntur.

Ut enim regiones terrae naturae saepe obstaculis, vel altis montibus vel oceano dissociabili, separantur, transitusque ex altera in alteram fuit interdum difficiles arduique laboris pleni, ita inter populos naturale quasi saeptum efficitur diversitate sermonis, quae non solum ad sonitum vocis aut loquendi modum, aut flexionem verborum, aut universum grammaticum genus pertinet, sed ad ipsam mentem et ad cogitandi et sentiendi rationem. Verum ut obstantia regionum industria hominum inde a vetustissimis temporibus superare studuit multumque valuit, ita varietate linguarum non deterri debent humanae gentes a communi utilitate querenda.

Montes effossi sunt; cur non cuniculos quosdam inter linguas hominum aperiemus, praesertim si res sit inter homines exquisitoris doctrinae?

Nunc certe eo redacti sumus, ut cum doctrinae finibus provehendis non Angli solum utriusque orbis aut Germani aut Francogalli inter se certent, sed etiam eodem nobiscum contendant non sine laude et Russi et Hungari et Batavi et Dani et Suetiae Norvegiaeque incolae, commentationes quae quotidie de variis argumentis apud has gentes eduntur, sua quaque lingua conscriptae sint; ideoque cum omnium intersit eas statim legere et per voluntare, nequeat id facere nisi qui sit omnium Europae linguarum doctus et peritus. Quod quidem quis ferre potest in his angustiis temporis, in hac quasi precipiti vivendi festinatione? Si igitur contendendo remedium huic malo quaerendum esse, quis me improbat? praesertim cum exemplo sint nobis vel mathematici algebraici sermonis repertores, vel classiarii totius orbis vexillulis quibusdam inter se ex constituto optime significantes.

Remedia autem tria excogitari possunt; nam aut inter linguas nunc a gentibus usurpatas quaedam eligitur a doctis hominibus scribendo loquendoque adhibenda, aut novam quandam ad rem nostram aptiorem arte et ingenio excudimus, aut denique ad patrum nostrorum consuetudinem redeentes latinam linguam denuo usurpamus.

Linguarum quae hodie in ore hominum feruntur, duae tantum mihi videntur ad honorem linguae communis adspirare posse, anglica et gallica. Fuit quidem tempus superiore saeculo cum dominante per Europam Francogallorum philosophia, sermo etiam gallicus ab omnibus fere usurpari coepit est; ipsa Academia scientiarum Berolinensis in actis suis per aliquot annos ea lingua usata est. Sed nunc ea res in desuetudinem venit, et licet gallicus sermo etiamnunc multis sit in regiis aulis et in consiliis rerum publicarum, at non videtur eam vim habere, qua opus est, ut communis fiat. Contra multo praestat gallico Anglorum sermo, qui dimidia fere orbis parte vel usurpat vel intelligitur, cuius grammatica ratio tam simplex est, ut omnes difficultates vel discendi vel retinendi amotae esse videantur, quem denique magna scriptorum copia non solum

in Europa, sed et in America et in India cum anteacta aetate illustravit, tum etiamnunc quotannis illustrat. Nihilominus nego anglicam linguam doctrinum colloquiis totius orbis aptam esse, praesertim propter pronuntiandi difficultatem et quia communis sermo is demum esse potest, qui omnibus acceptus nullius gentis invidiam excitet, quod multis de causis de anglica lingua haud licet dicere. Concedo quidem eam esse negotiationibus prae ceteris aptissimam, et auctor ero omnibus qui commercio cuiusvis generis dant operam, ut hanc perdiscant, in succum et sanguinem convertant, adeo ut scribendo loquendoque ea uti valeant.

Configiemusne igitur ad linguam arte et ingenio excogitatam? Id duplisper fieri potest et factum est; nam vel lingua fingitur serie quadam constituta numerorum et signorum, quorum vis et sententia praefinitur; vel sermo fabricatur syllabis et vocibus praefinitae pariter significationis. Linguam arithmeticam et algebraicam excogitarunt praeteritis saeculis vel Athanasius Kircher, Romanus, e Soc. Iesu, conscripto opere cui titulus: *Polygraphia nova et universalis ex combinatoria arte detecta* (Rome, 1663), vel Solbrig Berolinensis, auctor *Scripturae cuiusdam oecumenicae*, quae vulgata est in actis Academiae Berolinensis anni 1726, vel inter recentiores Ferdin. Hilbe Velcuriensis (*Feldkirch*) qui opus cum titulo: *Neue Wellsprache auf Grund des Zahlensystems a. 1898* ad Berolinensem Academiam misit. Sermones autem syllabis et vocibus arte digestis compositi notissimi sunt qui dicuntur *Volapük* a Schleyer Constantino (*Konstanz*) inventus et *Esperando* a doct. Zamenhof Grodnensi (*Grodnio in Russia*) effectus; uterque multis operibus et commentariis illustrati, uterque inter studiosos totius Europae satis diffusi. Sed haec omnia artificia parum apta esse ad id quod quaerimus, id est ad sermonem quedam inter cordatores viros communem constituendum, quis neget? Quis non haec tecum tamquam lusus exigui pretii iudicabit?

Restat igitur ut exoptatum a nobis remedium in renovato usu latini sermonis quaeramus. Quidni? Qua lingua Keplerus, Leibnitzius, Linnaeus totque alii summi viri doctrinas suas omnis generis expuserunt, qua lingua nulla non aetate usata est Catholica Ecclesia, haec quisquam dubitabit an ad omnes disciplinas apta sit atque habilis? Experimenta centies facta sunt. Ipsa *Vox Urbis* in pagellis suis multa dedit exempla luculentissima, quam facile atque eleganter de quovis argomento latine dici possit. Scilicet latitudinem Ciceronianam nemo tam stultus est qui quaerat in doctorum sermone; sciunt enim omnes quod Lucretius iam dixerat:

ornari res ipsa negat contenta doceri;
et novorum verborum condendorum facultatem, cum usus est, nemo sapiens interdicit. At sunt qui difficultate rei deterreantur, et desperatione debilitati experiri id nolint, quod se adsequi posse diffidant. Istis auctor ero ut vincant animum et in campum prodire non dedignantur; videbunt rem faciliorem esse quam suspicantur. Iam profecto omnes usque a teneris unguiculis latinum sermonem didicerunt; cuius disciplinae fructus ubiores erunt cum via et ratio docendi ad id ipsum quo contendimus spectet; deinde non desunt exempla summorum viorum quae qui vult imitari possit; denique stili exercitatio viam muniet non asperam et laboriosam, sed facilem et cuius apertam. Ceterum nonnihil laborare par est, qui rem magnam et magnopere expetendam concupiverunt. Et est profecto magnopere

expetendum, ut latina lingua communis fiat inter viros exquisitoris doctrinae, ut eam constanter usurpent in scriptis, in paelectionibus academicis, in congregentibus colloquiis. Id iam in votis est coram hominum; ipsa Berolinensis Academia superiore mense Junio, verbis celeberrimi viri qui est a secretis eius, Diels, idem votum sollemniter expressit (v. *Festrede über Leibniz und das Problem der Universal Sprache*, in *Sitzungsber. 22-29* mensis Jun. 1899, p. 594). Mihi quoque iam finem facienti conclamare liceat: Utinam latina lingua in communem usum litteratorum hominum veniat, et formula nostra sit: « ANGLICUS SERMO universae negotiationis, LATINUS doctrinarum omnium et disciplinarum communis habendus est ».

Florentiae.

F. RAMORINO.

COMMUNIA VITAE⁽¹⁾

De nonnullis ad mundum muliebrem spectantibus.

MAURUS RICCIUS FRANCISCO MORELLIO.

S. P. D.

A PAGE, apage lexicon si vis latine dicere, quae ad mundum muliebrem spectant, ac potius lege Plautum, non illum quem Germanus (2) quidam cerebrosus Maccium appellavit, sed qui se ipse vocavit « Marcum Accium », hominem « rufum, ventrionum, crassis suris, subnigrum, magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum, magnis pedibus ». Haec verba, si nescis, deprompta sunt ex eius *Pseudolo*, quibus non temere grammatici putaverunt comicum poetam se graphicè descripsisse. In *Mstellaria* igitur mulierem audies petentem « speculum et cum ornamenti arcum », quam nos Itali gallico nomine *toilette* appellamus; item « cerussatum et purpurissum », quibus elegantes feminae ora sibi albo vel rubro colore pingebant. Actus autem variis ornandi explicat Plautus amoenissime in *Pseudolo* (3) iis versibus:

... Ex industria ambae nunquam concassavimus
Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, pingi, singi.

Sunt ibi ornamenta aedium « belluata conchyliata tapetia », quae nempe ostentant belluas et conchylia: in *Menaechmis* (4) sunt « armillae » in utroque brachio gestandae, « spinther » in sinistro, « inauris stalagmia », pendulum aurium decus. At nihil amoenius quam elenchus mercatorum, quem recitat in *Aulularia* (5) Megadorus, uxorum luxuriam incusans. Est « fullo » qui vestes purgat, « phrigio » qui eas acu pingit, « aurifex lanarius », qui vestes laneas facit venditque. « Patagiarii, indusarii, manulearii, stropharii, semizonarii », tuae uxori, sis, praebebunt patagia, indusia, manuleos, strophia, zonas minus latas. Adde « limbularios », a quibus orae vestium limbo ornabantur, ac « linteones », quos cave confundas cum « linteariis », hi enim linea vendunt, illi texunt. Artificum qui ad vestes tingendas incumbant, non unum nomen erat; « flammearii » tin-

(1) Hunc titulum in commentario statuimus illi quasi enchyridio, quo singulae vitae usui simulque novis rebus accommodata verba colligemus; neque melius exordiri arbitrii sumus, quam has litteras referentes a clarissimo auctore nobis traditas, ut si placeret, in *Voce Urbis* ederentur.

(2) Fridericus Ritschlius.

(3) Act. I, sc. 2.

(4) Act. III, sc. 3.

(5) Act. III, sc. 5.

gebant croce chinarij » mal croco colo Neque, ut ux vel obsoleta

Hactenus ad calceos fil quaeres a « c

nera, Plauto i vel « sedentia

bathrarij »; q

uentis ac suff

huiusmodi us

rī ». A calce

crispabunt « c

exsequendum

ubi mundum

confident « a

KAI

I AM inde ab festos rela dandi accipien illud fortasse v solore ». Quo magni momen omitteret, fel

Kalendis i frons effinge altera adveni aedicula in T eo die, novis bant. Consule solemi pom batur, in Cap nuncupanda, ascendere so Traiani temp manis numm victimas trahum destina confecto, in vium a cons dono dabant vestes et dip

sulm nomi

Omnes a consulantes annis » (3) in sequebantur. induxisse tra sacra in Stre tuit; cuius in Viam Sacram amphitheatrū causa quotan verbenas felicis dono a

Principio amygdalae, agnificabant a rum; deinde vasa, calices scripta erant;

(1) Cf. quae vol. XXXI, 189

(2) In his e signibus ornatum

(3) C. I. L.

gebant croceo colore, « violarii » violaceo, « molochinarii » malvaceo. Infector autem « crocotularius » croceo colore crocotas, tunicarum genus, inficiebat. Neque, ut uxor tua sciat apud quos, si opus sit, haec vel obsoleta emat, desunt « propolae ».

Hactenus de vestibus, earumque ornatu. Corium ad calceos filiae tuae, si quam habes, conficiendos, quæres a « coriariis »: varia autem calceorum genera, Plauto ipso auctore, vendent vel « calceolarii », vel « sedentarii sutores », vel « solearii », vel « dia-bathrarii »; quos omnes invenies in *Aulularia*. Unguentis ac suffimentis calceos imbuunt, si Romanorum huiusmodi usus aliquando reviviscet, « murobrecharii ». A calceis ascende ad capillos, quos calamistris crispabunt « ciniflones », ita dicti quod ad bene opus exequendum in cinerem flabunt. « Arculum » denique ubi mundum muliebrem feminæ tuae recondant, confident « arcularii »... Vale.

KALENDAE IANUARIAE

IAM inde ab Urbe condita anni initium inter dies festos relatum est, et usus aliquid mutuo dono dandi accipiendo boni ominis causa adolevit ob illud fortasse vulgatissimum « omnia principiis inesse solere ». Quo factum est, ut nemo iis rebus, quas magni momenti putaret, primo anni die operam dare omitteret, felicem ut exitum haberent.

Kalendis ianuariis (1) Ianus, anni deus, qui biformis effingebatur, quasi altera facie annum elapsum, altera advenientem aspiceret, praecipue colebatur: aedicula in Tarpeio monte ipsi dicata erat, quo cives eo die, novis induiti vestibus, quam maxime confluabant. Consules autem magistratum inibant idemque solemni pompa, quæ « processus consularis » dicebatur, in Capitolium ad vota pro salute populi romani nuncupanda, comitantibus senatu, equitibus et populo ascendere solebant. II olim pedibus ibant, post vero Traiani tempora quadrigis vecti, uti ex multis romanis nummis appareat (2). Sequebantur victimarii, victimas trahentes sacrificio in Iovem Optimum Maximum destinatas. « Augurio salutis », quod dicebatur, confecto, in ipso Capitolio lautum habebatur convivium a consulibus instructum, qui convivis, aliisque dono dabant sportulas nummum, cistas, pocula aurea, vestes et diptycha, quæ erant tabellæ ipsorum consulum nominibus inscriptæ et imaginibus ornatae.


Omnis autem iam inde mane amicissime inter se consulantes kalendas ianuarias « felices cum multis annis » (3) invicem precabantur; bona omnia strenæ sequebantur. Hoc strenarum commercium Tattius rex induxisse traditur. Is enim, uti est apud Symmachum, sacra in Streniam (unde nomen), salutis deam, instituit; cuius in sacellum, quod Iuco septum fuisse prope Viam Sacram haud procul loco, ubi nunc est Flavii amphitheatrum, probabile est, verbena boni omnis causa quotannis ferebantur; quin etiam ipse Tattius verbenas felicis arboris ex Iuco Streniae anni novi auspices dono accepisse dicitur.

Principio strenæ erant dactyli, mella, bellaria, amygdalæ, aliaque multa eiusdem generis, quæ significabant annum novum plenum dulcedinem futurum; deinde dono dabantur aurei nummi, lucernæ, vasa, calices et pocula, quibus saepe haec verba inscripta erant: ANNUM NOVUM FAUSTUM FELICEM. Quæ

(1) Cf. quæ disseruit HER. LOVATELLI in *Nova Antologia*, vol. XXXI, 1891.

(2) In his enim videmus ipsum principem consularibus insignibus ornatum quadrigis vectum.

(3) C. I. L. 2059.




IN AQUAM PERUSINAM

PARAPHRASIS ITALICI EPIGRAMMatis A DOCT. H. FRONTINI EXARATI.

E colle occiduo, qua nubifer Apenninus
Attollit frontem, candida lympha, veni.
Oblita aerei montis praerupta vagari
Per saxa infrenis praecipitesque vias,
Huc iam flecte iter, huc propera, tranquilla per Umbram
Labere substructo fornice planitem;
Mox celerans cursum, regalia moenia et arces⁽¹⁾
Fortis Turrenae scande et amoena iuga.
Tum subito e latebra erumpens, decurre per amplum
In labrum, excellens nobilis artis opus;
Subiectaque urbi iugi ac praedivite vena
Provida deser opes, candida lympha, tuas;
Inque domos deducta, patrumque humiliisque popelli
Perge salutifero rore hilarare dapes.
Prodesse o cunctis assueta animantibus, o quæ
Frigidula et dulcis languida membra levas,
Depellis morbos, prohibes contagia dira,
Salve naturæ filia lympha piae!
Tuque o mens hominum salve, quæ lenis Hygeae
Miris usque modis provehis imperium!

LEO PP. XIII.

(1) Nonnulla Imperii Romani numismata titulum praferunt Perusiae Augustæ.



quidem dona « kalendariae strenæ » appellabantur, ut a minervali munere et a nataliciis strenis distinguenterentur.

Huiusmodi strenæ non solum donare solebant clientes patronis, discipuli magistris, sed etiam cives imperatori; Octaviano enim Augusto (1) etiam absenti strenæ nummum deferebantur; qua ex summa is simulacra Deorum emere solitus erat, atque « victimam dedicare, uti Apollinem Sandaliarium et Iovem Tragoedum, aliaque ». Ita accepimus coss. Calvisio Sabino L. Passieno Rufo « ex stipe, quam populus ei contulit kalendis ianuariis apsentis restitutum esse sacellum Larium Publicorum » (2). Tiberius vero, quasi coetum conventumque hominum odisset, primis anni diebus Roma discedere solitus erat, cum nollet conveniri neque dono strenæ accipere, quas remunerari sumptuosum et molestum duceret. « Con-sueverat » enim « quadruplam strenam et de manu reddere ». Cum autem dona multos dies post anni initium darentur, edicto prohibuit, ne strenarum commercium ultra kalendas ianuarias exerceretur (3).

Contra Caligola ipse « edxit strenas ineunte anno se recepturum: stetitque in vestibulo aedium kalendis ianuariis ad captandas stipes, quas plenis ante eum

(1) SUET. Aug. 57.

(2) Cf. Bull. d. Comm. Arch. Com., p. 232; Romæ, 1888.

(3) SUET. Tib. 34.

manibus ac sinu omnis generis turba fundebat » (1). Senatus quoque principi strenas dabat; in nummo enim haud ingenti Hadriano dicato haec inscripta sunt verba: « Senatus populusque romanus annum novum faustum felicem Hadriano Augusto patri patriæ ». Qui usus usque ad Honori et Arcadii tempora viguisse videtur, quibus Urbis praefectum kalendis ianuariis aurum oblatum a senatu missum tradere solitum esse constat.

Donis et kalendariis strenis temporis progressu convivia accessere, in quibus convivæ effrenata licentia bacchabantur, pars muliebri vestitu, pars villa pelle induit; omnes autem obscena carmina cantentes. Quas quidem strenas Tertullianus, Prudentius, aliqui « diabolicas » appellarent, minimeque observandas esse edixerunt. « Ecclesia » festum Circumcisionis kalendis ianuariis instituit, ut Christiani recordantes primum Christi cruentum effusum effrenatam illam licentiam, de qua dictum est, effugerent. Christiani autem Magos imitantes, qui dona ad Iesum puerum tulerunt, strenas inter se Epiphaniae festo dabant, isque usus adhuc viget apud nos, pueris illo die strenas donantes, quas nocte superiori allatas singimus a larva illa ficta et commenticia, quam vulgo Befana appellant.

D. TAMILIA.

(1) SUET. Cal. 42.

URBEVETANUM TEMPLUM

URBEVETANUM templum tale est, ut magnificentia rerum, dispositione partium, unitate aedificii, varietate artium amice inter se coniurantium in opere, quod caeleste potius quam humanum videatur, percellat animos,

non aptae rotis viae tot marmora remotissimis e regionibus deducebant. Quidquid varios per colores terra gignit ex porphyreticis, ex parisis, ex alabastrinis, ex omni deinde lapidum genere a silice ad onychem, non anno, non lustro, sed perpetuis illuc sacculis omne confluxit. Haec autem non aeraria reipublicae, non cesareae opes exci-

omnibus gentibus, coram toto orbe terrarum, nec sermo, nec vox contra ausa est probata tot testibus et explorata improbare.

Quum enim Urbanus pontifex IV Urbevetanis invictis moenibus se tueretur, idque anno p. C. n. 1263, Bohemus quidam sacerdos, qui Vulsinii sacra ad aram sanctae Christi-

nae martyris faciebat, consecrata vini eucharistica specie, anceps de transubstantiatione sacrificium non absolvebat. Tunc repente in calice fervore, ebullire species, et penitus vivum conversae in cruentum, induere spumas, crescere, attingere calicis oras, atque inde super linum, qui dicitur *corporale*, defluere. Formidare ille, conari manibus summa vasibus labra constringere, prohibere ne caderent. Frustra! Superatis manibus, per linum, per aram, per ipsos altaris gradus decurrere, mirantibus qui sacro adstabant, horrentibus; horrente ipso presbytero, et inclamante altis vocibus et rogante veniente dubitationis admissae.

Haec renuntiantur Urbano, qui jubet ad se corporale deferri ab oppido Vulsinio - non enim longe abest - et solemní pompa, comitantibus utriusque loci populo populisque finitimis, madens adhuc sanguine Christi lineum suscepit, et summa religione cathedrali S. Mariae, tuente arce inexpugnabili, thesaurum credidit asservandum. Quid ultra? Et huius pompa et huius ad recordationem prodigiū festum SS. Corporis Christi quotannis diem celebrandum instituit, voluitque solemnum et magnum omnibus populis.

Sic quasi devicto triumphasset hoste religio, quippe haereses nonnullae circa eucharistica dogmata germinarunt, paeana, triumphali cecinit hymno, cui virorum tunc temporis eruditissimi et sanctissimi, Thomas Aquinas Angelicus, et Bonaventura Seraphicus certatim angelicis seraphicisque rhythmis operam dederunt. At nec viciisse, nec triumphasse, nec paeana cecinisse sat erat. Triumphantium in n. oribus est monumenta erigere, quae pugnis, victoriisque suis consona sint, et vel ea praesentent quae debellarunt, vel illa ostendant quae triumphis obtinuerunt. Ad hoc est monumentum, quod Urbevetanum templum toto orbe laudatur.

De quo aedificando Urbevetani cives mirabiliter consenserunt, praelestum cum cathedralis ecclesia vetustate fatisceret, et novo imperio miraculo videretur. Parantur igitur lapides, caementa, arenae, lateres, et fundamenta mirabilis molis adlaborante universo populo ita foduntur, ut vigesimo et septimo anno a Vulsiniano prodigo, XIII mensis Novembri die ann. 1290, Nicolaus IV pontifex primum operis lapidem manibus collocaverit suis; qui dies adhuc Urbevetanis est sacer. Anno 1297 Bonifacius VIII Urbeveteri degens, cum iam ita muri crevissent, ut ad aequum pavimenti hodierni devenissent, ligneo exstructo altari in area templi, sacrum publice fecit.

Itaque opus augebatur in dies caput nubibus consertum, cui manus industres felicissime admoturi erant Cosmates, Andreas et Nicolaus Pisani, Laurentius Maitani, Andreas Orcagna, Angelicus Faesulanus, Lucas Signorelli, Michael de Verona (vulgo *Sanmicheli*), Simon et Franciscus Muscae, Hypolitus Scalae, Raphael a Montelupone, Caesar de Nebulis, Sangallus, Pomarancius et eterque Zuccari.

Hi quidem ornati; at quis architectus? Apud plerosque vox est Arnulphum, vulgo *di Cambio*, auctorem rei fuisse; nihil est autem quod probet; ceterum quisquis ille fuerit mirabilis ingenio fuit, et quodam certe superno halitu afflatus dignum caelo opus excogitavit, delineavitque adstruendum. Quid si in L. Florum historicum haec incidisset? Suo scribendi more profecto reliquisset: « au-



Urbevetani templi prospectus exterior. (Photographice expressit nobilis vir C. TENERANI).

blandiatur oculis, atque admirabili voluptate simul mentem sensusque perfundat.

Unde haec in urbe vetustissima, quamvis et rebus gestis non ignobili nec ignota, quam nec Hannibalis impetus et fraudes, nec armata manu inimicus unquam edomuit, nihilominus avia nec frequentia civium laudabilis, nec principatu, quibus et olim et nunc Senae, Pisae, Ianua, Florentia, Venetiae, et Roma ipsa claruerunt?

Et quoniam ea condita tempore? Nempe quum bellis aestuaret Italia, praelia cis, ultraque saevirent, discordes animi in unam sententiam coire non posse estimarentur.

Et quoniam in loco? Nempe in asperrimo collum topiaceis rupibus impidente et quasi minante, ad quem

tabant atque movebant, sed unice pietas populi, quae cumulato asse, collatis laboribus et regias et imperatorias divitias facile devicit, et invincibili constantiae potentia quolibet principes hoc opere superavit. Non enim est ubique gentium regia domus, non arx, non palatum quod, non dicam praestare huic aedificio, sed comparari tantummodo possit.

Nec abest a causa effectus; nam Urbevetani templi causa prodigium fuit, cuius fama percrebrens omnia populorum omnium ora complevit. Indeque mora non fuit, quin propemodum divinus, certe mage quam humanus excitaretur effectus. Prodigia enim non inter parietes tunc fuere, non clami, sed coram sole meridiano, coram

errorum, nec sermo,
et testibus et explo-
Urbevetanis invictis
n. 1263, Bohemus
ram sanctae Christi-
secretae vini eucha-
transubstantiatione

Tunc repente in-
cies, et penitus vi-
induere spumas,
oras, atque inde
corporale, defluere.
ibus. summa vasis
ere ne caderent.
s, per linum, per
us decurrere, mi-
ant, horrentibus;
in clamante altis
dubitacionis ad-

o, qui iubet ad se
Vulsinio – non
ani pompa, con-
populique fini-
linei cathedrali S. Ma-
abili, thesaurum
ultra? Et hujus
ationem prodigii
quotannis diem
que solemnum et

hasset hoste re-
llae circa eucha-
paeana, trium-
orum tunc tem-
issimi, Thomas
entura Seraphi-
cisque rhythmis
ipsis, quae Leo Summus
propria manu exaravit, qua
doctrina sibi par, litteris
apostolica auctoritate datis
Vetus in Apostolicam Sedem,
vigesimanona mensis Ia-
nuarii die, ann. 1889, in qui-
bus ista leguntur: « Quum
- inquit - interius templum

ad veterem formae speciem
revocari iam dudum coepit sit, nunc vero extrema manus
iam operi accedit et illuc solemnia apparentur, ad fausti-
tem celebrandam duplicitis eventus, scilicet templum idem
eodem immo anno sex intercedentibus saeculis feliciter tum
inchoatum tum restitutum », censimus, ut « in tanta rerum
magnificentia », cathedralē templū hoc ad basilicā no-
men et honorem erigeretur; nam « sicut Thomas Aquinas
et Bonaventura angelico potius quam humano praeconio
Vulsiniense miraculum celebrarunt, ita magni opifices
innumerabilibus operibus manufactis idem ipsum immortalitati commendarunt ». ALOISIUS FUMI.

ctoris tam pulcri operis iure, nec sine Superum voluntate,
nomen ignorari, ut hominum non arte et consiliis, sed
quasi afflante et satagente numine conditum videretur ». Quemadmodum enim caelum illud, quod supra nos, et
quod inferius est mare alia semper et eadem perpetua
oblectatione admiramus, sic Urbevetanum monumentum
istud mirabilibus quotidie novis florere toties perspicimus,
quoties aspicimus, quoties aspecturi redimus et contem-
plamur.

In apicibus enim eminent et pinnaculis audax, in an-
glyphis mirandum affabre sculptis, in tessellatis et mu-
sivis operibus pulcherrime consertis mirabile; in picturis
omne genus ingenio sublimi et veritate deductus ita efful-
get, ut, quae in opere absolendo tria praeteriere saecula
(anno enim 1560 perfectum est) non satis fuisse vel eri-
gendo videantur. Hinc neque mirum si Leo X primum,
deinde Pius II hoc latino sermone ita laudaverint, ut
propemodum divinum opus

iudicarint, quod tot post
annis Leo XIII praecipuis
curis atque assiduis ita re-
stitui decori formaeque pri-
stinae commendavit, ut non
impar illi nativo et primi-
genio videretur. Quo in
opere peragendo augustis-
simi templi praefectus Ca-
rolus Franci, eques torqua-
tus, feliciter usus est ingenio
et arte et sapientia Pauli
Zampi, cui facienda omnia
credidit (1); in his autem
et nobis, qui scribimus, non
exigua pars fuit, ut seduli
essemus cum rei peritis ad
singula quae et restaura-
rentur et restituerentur.

Iuvat addere demum et
coronam imponere verbis
ipsis, quae Leo Summus
propria manu exaravit, qua
doctrina sibi par, litteris
apostolica auctoritate datis
Vetus in Apostolicam Sedem,
vigesimanona mensis Ia-
nuarii die, ann. 1889, in qui-
bus ista leguntur: « Quum
- inquit - interius templum

stant vero contra alii, multitudine pares, qui discipli-
nas atque medicas artes vehementer arguant quod non id
praestiterint hactenus, ut neverint plane utrum transmissae
cognitionis exempla veluti notarum iam causarum effectus
habenda sint, an potius animantium novam quamdam ac
ignotam actionem constituent. Exstat profecto Londini
sapientum collegium a spiritus investigationibus dictum,
cuīus est maxima laus, harum disciplinarum studia enixe
fovisse, atque investigationes iniisse oportunas, ut prodigia
plurima explanarentur, quae ipsis naturae viribus parta,
veterum sapientia quasi rudiorum superstitiones contem-
peraserat.

Novimus sane, simulatam saepe huiusmodi transmissionē
callida fallacia prudentissimos circumvenisse; at, si
haec praetermissa fecerimus, multa sunt a medicinae artis
peritis proposita, ut portenta huiusmodi naturae referent.

Meminimus enim, Stickerium docentem agentis for-

Verum et huius fluidi fontem primam cerebro semper
insidere reputat, et ideae vel cognitionis nomine com-
pellat. Experimenta enim pleraque sive breviori sive lon-
giori interiecta distantia perfecta, docent ad subiectos
omnes absentes, qui ypnōtico somno demergi potuerunt,
ideas ex uno in alterum locum transmitti posse; contra
vero eosdem absentes somno corripere nulli licere, nisi
antea eorum menti forma quaedam vel idea haeserit. His
omnibus tuto infertur, agentem qui haec experimenta
tent, intelligentia donatum esse oportere.

Est pariter et nonnullorum sententia, abditam horum
eventuum causam in cogitandi vi, quae phantasia dicitur,
esse querendam; tradunt enim aliquando contigisse co-
gitationem a longinquō transmissam adeo vividas formas
coram sensibus evocasse, ut in subiecto percipiente allu-
cationem pareret, veluti si portenta, quae non sunt,
ade se sibi admiraretur. At ecquis huic explicationi acquie-
scet, cum et huius illusionis natura ignoretur, et quā
in corporis parte nova haec
excitatio exsurgat incertum
sit?

Ad ultimum sapientum schola, quae ex Lutetiano
amentium nosocomio a Sal-
petrière nomen habet, ner-
vorum phaenomenis qui-
busdam, quae in homine,
maxime si peculiari ad ea
proclivitate praeditus sit,
gignuntur, casus huiusmodi
adscribit.

Novissima vero opinio,
ad quam hodie plures ac-
cedunt, in voluntatis aut
imperii quadam vi, quam
suggestionem a « suggerere »
dicit, arcanum hoc occlu-
sum reputat. Verum etsi
quis dederit, medici alicuius
rigido iussu mulierem nervis
laborantem vel puellam
exsanguem posse in som-
num delabi, quisnam eadem
vi a Braidio virorum prae-
validum manipulum vel
puerorum strepens agmen
credat premi potuisse?

Hansenius, Donatus ceteri-
que cavearum prestigiatores hominum multitudines ad cen-
tum et ad millia usque sonno demerserunt, at nemo cor-
datus dixerit eos una persuadentis voluntate fuisse victos.

Quare, hoc unum censemus in praesens retinendum,
vanam ferme esse eorum operam, qui naturae disciplinis
studentes, tam audacter progrediuntur, ut per fas et nefas
naturalibus causis hos etiam casus adscribere conentur,
quamvis nullo satis valido argumento id probare nullaque
sufficiente hypothesi dubia, quae pullulant undique, eno-
dare valeant. Quoties igitur eventus contingunt, quorum
adiuncta attente ac diligenter perspecta, praeternatura-
lem quamdam vim sapiunt, cautius est dijudicandum, et
vel spirituales potentias agentes agnoscere, vel saltem,
quoadusque nova elementa innotescant, differre iudicium
prudentia suadet.

Ceterum de argumento hoc, utpote maximi nunc mo-
menti, alia, si non ingrata, in commentario nostro per-
sequemur.

R. SPINA.

DE SCANDINAVIS REGIONIBUS

DUTURNI silentii, quo sum bis temporibus usus (at
vobiscum tantummodo me silentio usum esse
credatis, rogo), finem attulere simul et frigora, quibus
nunc, nescio qua hiemali rabie, omnia tument ri-
gentque glacie, et quamplurima rei familiaris nego-
tia, quibus hactenus me meae rustications et pere-
grinationes in Scandinaviam implicaverant.



Urbevetani templi prospectus interior. (Photographice expressit nobilis vir C. TENERANI).

DE "TELEPATHIA",

SIVE DE COGITATIONE IN ALIUM TRANSMITTENDA

PRAESENTIO iam, immo quasi præsens intueor, lectores
haud paucos qui, cum me de *telepathia* vel, ut la-
tine dicam, de cogitatione in aliū transmitte, loquen-
tem videant, vehementer oscitant, quasi nugas vel nebulas
enarrare aggrediar; etsi enim nec recens, nec nostra tan-
tum historia et fuisse et esse huiusmodi eventus doceat,
sunt tamen qui cuique rei, quae aliquid prætergrediens
naturam exhibeat, denegandam fidem omnino censeant.

(1) Cfr. L. FUMI, *Il duomo d'Orvieto e i suoi restauri*, Ro-
ma, ex officina Latiali, 1891 (pagg. 530 in-fol.).

His itaque in casibus explicatio illa, quae sensus aestuan-
tes invocat, misere concidit, ita ut vel novos sensus cor-
pori nostro inesse concedamus, quorum nimis incerta
notitia est, vel *telepathicam vim* ex agente prodire creda-
mus, cuius ferme tutior evidenter praelucet.

Sed novum protulit quidpiam Gurney fluidum exco-
gitans ignotum, cui nomen ad amissim a *telepathia* graece
indidit, abdita pollens vi prouti in magnetico lapide inest.

Sinite me dicere, sinite ut praedicem absentiam domini opes meas sensisse, et palabundas, instar gregis haedorum, cursitasse hac et illac, nihil cogitantes de redditu ad ovile, idest ad crumenam et aerariolum Vieillotii vestri. Qui proinde, novus quasi pastor (agite, sis, dicite bonum pastorem!), singula sequens assiduus, quasi Orcus ille Ariostaeus, et consequebatur et attingebat, et arrepta inferebat in peram.

Proh! quam aerumnosa haec mihi peregrinatio a causidicis ad causidicos Lutetii Parisiorum, et quam diversa a scandinava peregrinatione illa tam grata, tam laeta, fastidorum et sollicitudinum et curarum experte!

Quam ad me revocant et Boreas iste nivalis, et gelu obducta circum omnia, inter quae saepe redeunt in mentem et loca et gentes, quibus interfui patriarchali receptus hospitio, blandis alloquutus verbis, et ingenuis gratis omnibusque dimissus. Quid est nunc de illo meo *Sancho Pancha*? Quid est in regionibus illis, quas peragravi, quas attigi, obductis nunc nive, et Aquilone perflat, et septuaginta circiter diebus totidemque noctibus aspectu solis carentibus?

Postquam enim per silvas montesque frequentissimos rarasque planities, adspicere mirabiles, et varietate propemodum infinita fluminum, rivulorum lacuumque spectabiles diu versati sumus (loquor, ut scitis, de me ac de armigero illo meo *Tagglfeinhäfer*; non enim in Dania me ab illo seiunctum arbitrari debet), hospites fuimus apud familiam, quae medio in nemore ad radices montium degebat, et lignea quidem, sed satis ampla, apta, commodaque domo utebatur, in qua nihil deerat, quod non modo satis esset Scandinavo cuivis, qui parvo contentus illic vivere in pace statuisse; sed etiam quod desiderabile foret Gallo peregrinanti, quamvis et vos noscatis me esse hominem, qui, sive se rebus, sive res sibi aptet, ubique locorum et gentium iucundissime vivat.

Senex erat, abavum credo, et saeculo superiore

51

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Hic quum ceteri animadvertisserint videri sibi quaestionem sensim alio deductam, Trebatius autem hanc excusationem attulisset, quod acturis de arte fundamenta essent praemittenda sapientiae, Philippus, qua erat amoenitate ingenii: Quoniam, inquit, hora nos admonet ornari coenam, mihi quidem decretum est Maniliana amphorae siccare pocula more Flacci. Insidet enim menti Plautinum illud:

Qui utuntur vino vetere sapientes puto.

Ecquid, hercle, mero optabilius, aut quid utilius quaerest in vita? Imo etiam decreti Platonici auctoritate, quid tam cognatum sapientiae? Existimavit enim divinus ille vir somitem esse quemdam et incitamentum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret. Itaque sic iudico, artium omnium et litterarum principium in Liberi patris cultu ac disciplina esse quaerendum.

Hoc poeticæ levitatis impetu exigitata paulisper hilarietas est; simul etiam alicuius offendio, quod urbanioris notae viris ea viderentur severae disputationi facere iniuriam. In his Trebatius: Quid mihi, inquit, negotii est cum istis nugatoribus, qui ea solent irridere quae nesciunt? Vestra scilicet est scurrilis ista consuetudo, propter ignorantem dialecticæ. — Piso autem minor, veritus hospitii dominum torvis iam oculis intuentem, surrexit ad aurem Lollii, petiuitque ut subortam litem ipse componeret remque omnem ad propositam rationem referret.

Tum Lollius: Si vobis videtur spatium loquendi satis idoneum aetati et prudentiae hactenus fuisse concessum, liceat mihi adolescenti ad ea quae attigistis pauca quae-

profecto natum, rerum ibi hominumque et moderator et dominus, quem viginti circiter abhinc annis Sanchos Pancha meus probe noverat; nam apud eum fuerat per aliquot tempus conducticius operarius, et bene de re ac de domino meritus excesserat. Ad eum itaque divertimus, neque a me abest suspicio probum armigerum sine armis occasionem arripuisse, qua illum viseret, nullo itineris impedio — hoc sibi —; nullo diversori impedio — et hoc mihi —. Fecit vero optime qui sibi mihi bene consuluit, ac optime de utrisque meritus est; qui immo non duobus, sed tribus, scilicet etiam seni hospiti, satisfecit, vobisque dedit ea legenda, quae scribo. Iamque triduo aberamus a Trondhjem (*Drontheim*), quae urbs est portus spectabilis, et frequenti praesertim navibus cypri gravibus aere; quidquid enim e fodiis Roræas eruitur, huc affertur; et inter Oceanum equitantes et Alpes, quae nobis dextrorum erant, quartam diem ferme consumperamus, cum Achates meus in montes conversus viam init, quae, potius quam via, semita diceretur. Et quo magis ascendebamus inter luxuriantia abietibus pinisque nemora, eo magis aetrem aspirabamus mirifice recreantem atque vivificantem; nec ego expleri illo poteram ad satietatem, quamvis aperto ore inhiarem. Utinam totus fuisse pulmo, ac tantus fuisse quanta regio illa patebat, ut satiarer! Si quis vestrum illuc abierit, experientia probet; nihil aere illo dulcius, nihil iucundius. Addite nunc precipites e rupibus rivulos purissima defluentes unda, et in angusta convalle per meandros mille fluentes; addite murmur fontium assidue consonans flamini aurarum per frondes ramosque spirantium; addite hic stagna, illic lacus nunc caeruleo similes caelo, nunc viridibus similes impendentibus et coronaibus arboribus; addite omne genus avium in silvis profundissimis, per arbustos, per rupes carminantibus; addite inter truncos et truncos e longinquo albanticia Oceani aequora sexcentis punctis di-

stincta, scilicet insulis, quae formicarum agmen longo procedens ordine mihi videbantur. Iamque ego immemor et equi, et viae totus in oculis eram, ut omnia avide bibens pulcherrimorum locorum faciem et speciem animo, memoriae altius infigerem, cum repente circa nos quaeque sonnere latratu canum, quo excitatus et quasi expergefactus inhorru, dum *Tagglfeinhäfer* nescio quae verba, ignota mihi lingua, clamans, quasi latrantes ad se vocavisset, medius fuit geminis, non canibus, sed quasi elephantibus, qui mulcere, blandiri cauda et quasi salutare venientem. Me, quoad multa dubitarem, neque salutavere, neque aggressi sunt; circumiere tamen, et inde, quasi negligenter hominem, a quo nihil timendum, praeire currentes, et quodam veluti festivo gannitu respiciebant interdum ut hortarentur, puto, ad sequendum. Proh canes concii suavissimi hospitii!

Et ecce appetit senior, patriarcha quidam, prolixa albus barba per pectus promissa, per humeros, canitie venerabilis. Armiger meus equo dissilit, atque inter barbam et canos aperientis brachia senis et amplexantis paene delituit. Illi miscere oscula, ego descendere ab equo et loris trahere et propior fieri, componens vultum ad salutationes et obsequia.

Nec mora; brevibus eductus verbis Tangeber (hoc enim nomen seni, quod vos *Tangheber* recte pronuntiabit) ad me factus proximus dexteram tendit meamque accipit, ac, dum hanc in pectus premit suum, oculos ad caelum attollens, caput meum laeva tenuit nescio quid murmurans. Toto corde mihi tunc eum benedixisse postea comperii. Sic eo tenente ac ducente domum ingressi sumus, equos nostros cunctibus adolescentibus, quos vocaverat senior, ac de hisce mandaverat.

Interpretis munere *Tagg... et cetera* ille meus fungebatur; at ego, sermonibus praeteritis, quae fieren notabam. Domi in ipso limine patebat caenaculum ingens, quod redeentes triginta circiter viri,

dam adiicere. Erant vestrae, ni fallor, hae ferme sententiae. Philippus quidem, non dissentiente Trebatio, litteras omnes nugatorium opus esse affirmavit easque ad otium et voluptatem spectare. Trebatius autem non probari sibi ait hodiernæ iuventutis disciplinam in gymnasiis, quod, remotis philosophiae studiis usque latine dicendi, leviter erudit prodidit. Priori questioni satis acute Piso maior occurrit, ostendens, quae sapientia nitantur ea non posse otiosa censeri, idemque proximam occupavit. Nunc, quoniam vobis videor esse aliquo in numero, meque oculus admonetis ut afferam disputationi juveniles vires, faciam quidem ut potero; illud certe consequar, ut si quando a iudicio vestro recesserim, eos ipsos, contra quos statuam, aequos pacatosque dimittam.

Prium igitur non tam Philippum, qui se ab his artibus alienum profitetur, quam Trebatium, qui latinis tantopere delectatur litteris, vehementer admiror, quod vulgarem exoletamque opinionem adhuc retineat, qua arbitretur, a sapientia et doctrina toto caelo distare litteras, iisque velut aucupio delectationis vacet, quasi alia intelligendi, alia dicendi esset disciplina. Neque enim forma dicendi est aliquid *a priori*, ut aiunt, aut *per se*, aut seiunctum a rebus, tamquam ornamentum aut vestis aut aliud adiectum quidpiam; sed ab ipsa re dignitur ex eaque efflorescit. Quapropter iure Antonium reprehendit Crassus: « Quum sibi de iis, quae dici ab oratore oporteret, sumeret, mihi autem relinquoret ut explicarem quemadmodum illa ornari oporteret, ea divisit, quae seiuncta esse non possunt. Nam quum re et verbis constet oratio, neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris, neque res lumen si verba semoveris » (1). Brutus autem ita loquens inducitur: « dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. Quare qui eloquentiae verae dat operam, dat pru-

dentiae » (1). Rei itaque, quaevis denique illa sit, sapienter cogitatae vel alte perceptae egregia forma non accedit, sed haeret tamquam animae sanguis, lacerti caro. Atque haec naturalis et intima coniunctio litteratos efficit viros eosdemque sapientes.

Ad haec subridens Trebatius: Quam parva igitur sapientia regitur mundus! Regitur conicorum salibus, deliramentis amantium, declamatorum canoris nugs. Regitur doctrina verborum, cuius mercis hyperborea subtilitas tam uberem effudit copiam. Quid, si te Plato audiret, a quo poetae eiiciuntur ex ea civitate, quam fixit ille, quum optimos mores et optimum reipublicae statum exquireret? Quid si omnium rhetorum exagitator Demosthenes, qui se Aeschini purgans negat in eo positas esse Graeciae fortunas, hocine an illo verbo sit usus? Quid ipse Tullius, qui ingenuas artes ac leviores passim secernit a maioribus disciplinis?

Cui Lollius: Quid mihi, quaeso, commemoras Cheilos, Demetrios, Pantilos, Fannios?

Nil agit exemplum item quod lite resolvit (2)

Nam et ego possum aut Horatianum Crispinum obiiciens, aut Rutilium Benincasam, aut Mansonianum Ferrantem, horumque persimiles plerosque philosophos, reddere tibi vocestuas: « quam parva sapientia regitur mundus! » Illud quidem certum est, quavis de arte aut facultate quaeratur, de absoluta et perfecta solere quaeri. Noli igitur eius tenebris excitare declamatores de ludo aut rabulas de foro, quibus cum litteratis viris tanta res est, quanta Orpheo cantori cum Sardo Tigellio, aut pictori Apelli cum pueris foedantibus carbone parietes.

(*Ad proximum numerum*).

P. ANGELINI.

(1) *Brut.* VI, 23.

(2) *Hor.* II *Serm.* III, 103.

(1) III *De orat.* V, 19.

pueri, mulieres, puellaeque occuparunt, sedebantque per circuitum ad parietes. Oblonga mensa erat in medio duobus candelabris amplissimis ornata, Senex, postquam redeentes omnes manum eius osculati se-derunt, silentium indixit, et religione magna librum legere coepit. Sacra Scriptura erat, et puto non forte legisse, sed ad rem, nam saepius nomem Abraham et Sarae et Mambre recurrebat. Cluso libro allo-
catus plura est de hospitio, de hospitibus, ac Deo gratias agi iussit, quod hospites misisset, atque ex hisce unum, quem ille diligebat ut filium, alterum Gallicum genere, cui et honor et dilectio habendi essent, quia non modo hospes et probus, et doctus vir (haec etiam de me prolata sunt!), sed etiam ex illa gente, ex qua reges Suevionibus et Norwegianis concessi sunt. Post haec, inter hospites ille sedit ad mensam, atque universa eius familia nobiscum; ac talis ea caena fuit, quae satis esset ac superabundaret cuique famelico. Quanta autem temperantia in hilaritate, et quanta pietas in senem a singulis, quem quasi praesentem Deum verebantur!

Ivimus dormitum in cubiculum grande, et lineis ac laneis optime instructum.

Sequenti die senior adduxit visum pulcherrima quae de gregibus et armentis circa pascebant; domi mulieres partim caseos conficiebant, partim texebant ad licia, partim munditiem domi curabant, partim, non leve opus, obsonia, panes et pulmenta parabant.

Interea Tangeber, uti sibi me quasi beneficio devinciret, spopondit mihi et duces et comites et iumenta et quod opus esset, ut ad illud extremum pergerem, quod Caput Nord appellant; idque, inquit, efficiam cito, ut solem non assurgentem sed aeterno die ambientem sine nocte intuearis; quod tibi mirum.

Ad finem hebdomadae parata discessio; de qua iterum vobis, si placitura, narrabo.

Lutetiis Parisiorum, prid. id. Dec. MDCCXCIX.

A. VIEILLOT.

NOTITIAE LITTERARUM ET ARTIUM

Terentii « Andria » Florentiae acta a. 1475.

EDIDIT nuper (1) C. Marchesius, Catinensis eruditus adulescens, epistulas nonnullas virorum doctorum saeculi xv ex eo numero quos humanistas appellare solemus.

In his cum multa notata digna, tum maxime libenter legi Petri Cennini ad Alamannum Rinuccinum a. d. x kal. Febr. a. 1475 missam epistulam, cuius partem hic adscribo:

... nunc his bacchanalibus cum... negocia lentius aguntur, non plane vacuus a labore sed tamen aliquantulum relaxatus, statui rem visu iucundam et memoria dignam tibi significare, quam non sine magno gaudio et pene incredibili te auditurum existimo. Nam *Andria* Terentii ludis his larvalibus Florentiae ter recitata est per quam eleganter. Georgius Antonius Vespuccius, clarus, ut nosti, grammaticus, ab inferis excitatam eius fabulae actionem mimis commisit. Mimi fuerunt discipuli eius. Hi primum litterario in ludo, iterum domi clarissimi viri Laurentii e Medicis, tertio coram summo civitatis nostrae magistratu illam elegantissime retulerunt, ita caput, oculos, manus ac pedes cum voce moventes in tempore, ita vultus gestusque sermoni accommodantes, ut nihil aliud spectare desiderares; et erant omnes adolescentuli. Nihil profecto speciosius inter tot ludorum species, nihil mirabilius, nihil laudabilius hoc anno agi aut referri perspeximus. Vellem, mihi crede, vellem tuo commodo potuisses adesse... N. FESTA.

(1) C. MARCHESI, *Documenti inediti sugli umanisti fiorentini della seconda metà del secolo xv*. Catania, 1899.

IOATHAN ET SARA PASTORES

DUM, VISO IAM PUERO IESU, AD GREGEM REDEUNT. (1)

CARMEN AMOEBAEUM

IOATH. *Ut formosus! ut inclitus*

Lactens ille Puer! cuius eburneas

Vidi, rege beatior,

Ardentesque genas, osque corallinum.

SARA. *Ut formosa Puelluli*

Mater! nata rosas atque recentia

Vultu vincere lilia,

Labris nata Syram vincere purpuram.

IOATH. *Vidi surgere millies*

Solem, sidereae lucis originem;

Vidi, sole sed aureo

Fulget nobilis pupula Iesuli.

SARA. *Vidi saepe volubilem*

Lunam mirifica luce nilescente;

At nec luna rotundior

Exaequat radiis lumina Virginis.

IOATH. *Hoc Infante potentior*

Nemo; nec senior, nec sapientior:

Nutu condidit omnia,

Ludens astra regit regnaque temporal.

SARA. *Nemo Matre celebrior,*

Quae summum genuit Numen, et integra

Virgo perstilit: unico

Dives prodigo dotibus aemulsi.

IOATH. *Ut nos diligit aethere*

Lapsus sponte Deus! qui super aspero

Dormit stramine, lectulum

Dum Crux innocuo straverit horridum.

SARA. *Ut nos diligit, ubere*

Quae nunc virgineo pascit amabilem

Agnum; roreque candido

Rivos purpureos heu! parat Hostiae!

IOATH. *Textas vimine flexili*

Cunas, alme Puer, cras tibi deferam;

Tu ne spreveris obvia,

Quae pastor Ioathban munera porriget.

SARA. *Nec tu, Gloria virginum,*

Saram sperne tuam, quae tibi plumeuni

Pulvillum feret, algida

Quo curi tepeant membra Puelluli.

FRANC. X. REUSS.

(1) « Et reversi sunt pastores, glorificantes et laudantes Deum in omnibus quae audierant et viderant » (Luc. II, 20).

ERRATA-CORRIGE: Carminis *Virginis pariturae* (an. II, n. XXIV) secundus versus legendus:

Solem purpureum prodere nilitur.

DE GEMMIS ARTIFICO PARTIS

UNA est eademque lex, qua adamus ex carbonio efficitur, quod in crystalla succrescit, vel pyropi et sapphiri ex alluminio pariantur et chromo sive cobalto, rubro aut caeruleo colore fucantur. Verum alluminium et carbonium copia inexhausta ubique natura praesefert, ita ut, ex quo primum tum viris tum praecipue mulieribus huiusmodi gemmis sese condecorare mos fuit, instigatio prima orta sit eas artificio fingendi.

Itaque a saeculis usque remotis indagatorum legiones, et alchimiae professores frustra insumpserunt vitam in huius perscrutatione arcani, quod tandem manebat ho-
diernae sapientiae revelandum.

Damus equidem de adamante, quem gemmarum primam lucido splendore recensent, id adhuc asseri omnino non posse; nam eius gemmae variis artificiis hominum opera perfectae, licet purissimo radio translueant, hactenus ta-

men adeo minimae sunt, ut in usu esse non possint. De sapphiris vero, aut de pyropis aliter prorsus dicendum est.

Ebelmen, qui in Sèvres gallica urbe opificia celebririma moderabatur, primus corindonium vel alluminium artificio coactum obtinuit, anno 1846. Hujus exemplum sunt brevi plures sequuti, et in ipsa Lutetiana artium recognitione anno 1878 habita, crystallorum eiusmodi specimina pulchra micabant, Nihilominus, gemmis quae tanto studio ac tanta constantia coauerant, tam exiguum erat pondus, et materia tam lenis, ut nec eas incidere nec expolire liceret, et aurificibus ineptae essent.

At novissimo tempore maxima supervenerunt atque inopinata huius artis incrementa, iamque passim artificio effinguntur gemmae, nulla ex parte difformes nullaque macula sordidae, quae suas sorores in abditis montium visceribus natura partas aequo certamine aemulantur; sunt autem incisione aptissimae et aurificum nundinas, caponas, omniaque commercia citius in dies pervadunt.

Quaedam necromantiae huius officina, satis proxime Lutetiis media in silva die noctisque sumigt, et incensi aëris atque electridis iunctis viribus agitur. Ibi cortinae fervent et maximo calore candescunt, in quibus, insueta fercula, plures per dies gemmae incontinenter coquuntur. Neque novas tantum ignis ille parit lucidas corindonii guttas, sed et veteribus antiquitate obsoletis iuuentem mire restituit, postquam in balneo quadam demersae fuerint, ubi juniora crystalla per rugosas facies considentes, senectutis ingrata vestigia omnino deleverint.

Pyropi vel sapphiri hoc ritu conflati nec indicis nec brasiliensibus gemmis splendorem aut duritatem invident, nec diversis elementis constant; et quamvis ex vitro fucato non sint, vitra tamen non aliter ac illae persulcant; pariter et cum calefacti fuerint, et ipsi nigricant, vel polari luce inspecti, annulis et cruce iisdem praefulgent, quae et in illis animadvertisuntur. Quare una haec vix interest inter utrumque differentia, alterum naturae viribus in montium visceribus effigi, alterum contra humani ingenii calliditate.

Verum his finibus haud contenta mansit avida nostri generis mens, et arcana nova investigans, cum montes viderit gemmas alentes, ita et ostrearum partus in profundo oceano perquisivit, ut margaritas nascentes videret, et, si liceret, multiplicaret. Est enim Duguet, Gallus quidam naturae maxime curiosus, qui margaritas, pro varia ortus condicione, alias ut ab aliis secerneret studuit; illae enim immissio in ostreis lapillo provocantur, at flavo et subfuscō colore sordescunt, haec morbo quodam ostrearum giguntur, et puriores sunt ac lucidores, maximoque candore renident. Quare cum primas liceat cuique multiplicare, qui lapillum in ostrearum testas invexerit, alterae contra vermiculi cutusdam morsu giguntur, qui ostrearum carnes incidit, ita plane, ut liquida lympha, qua margarita paulatim coalescit, quasi per forame madescat. Et profecto si quis margaritas has lucidores secaverit, parasitorum huiusmodi corpusculum in singulis semper inveniet. Planum est inde margaritas quaerenti artificium quo ostreas vi cogat, ut sibi gemmas lectissimas pariant; nec aliud inquirendum manet, nisi quo potissimum tramite morbus hic parasitarius ex una in alteram ostream quasi contagio propagari valeat. In quam quidem questionem Duguet ille in Californiam reversus, mentem acrisus his diebus intendit.

A. COSTAGGINI.

ANNALES

Angliae clades in Africa earumque in orbe effectus
Bellum ad Philippinas - Samoa insularum discrimina - Solemnis anni iubilaris inaugratio.

An fuerit divino iudicio constitutum, ut bellum illud, quod Boeri sustinent pro suis tuendis finibus et ad libertatem contra Anglos vindicandam, tam repente ac praeter omnium opinionem ipsis prospere cesserit, asserere non audeam. Primus certe adversam fortunam sensit Gatacre dux, qui contra Boerorum

meridionales fines suas copias ducebat, et cum ad Stormberg urbem per montana impervia properaret, incidit repente in hostium copias, quae brevi illius exercitum fuderunt.

At paucis post diebus ipsi Redwers Buller, qui summam belli moderabatur, similia fata contigerunt magna cum clade circa Modder flumen. Quo factum est, ut quotquot Anglorum exercitus ex utraque parte in hostium fines tendebant, paulatim regressi sint, et sese in unum tuta in loca receperint, ad Roberts, novum ducem ex Anglia missum, cui recens summa rerum concredita est, una cum Kitchener illo, Aegyptiis victoriis claro, exspectandum, qui meliori auspicio suos ad nova praelia deducant. Interim legiones, et exercitus illi qui sive Colenso, sive Kimberley, sive Ladysmith in urbibus clausi sunt, suo fato derelicti videntur; immo et Gatacre ducem hinc a Boeris victoribus, inde a Batavis colonis, qui contra Anglos in extrema Africae colonia insurrexerunt, et quotidie copii augentur, a reditu prohibitum dicunt.

★

Sunt haec novissima et praecipua, quae belli huius fortuna paravit; at eiusdem extremi effectus exiguo tantum Africæ ambitu circumscripti haud manserunt. In Iberia enim primum maximus est concitatus populi rumor, quod Anglorum bellica quaedam navis germanicum navigium *Elle Voerman*, ad Canarias insulas, prope Las-Palmas portum in itinere retinuerit, ut ipsum inviseret, quasi arma vel tormenta bellica abdita contineret, ad Boerorum fines conferenda. — Russi autem, adversis aemulorum rebus incensi, iam in Persiae litora oculos convertere videntur, ut in Persico sinu portum aliquem occupent. Hinc enim factum esse affirmant, ut Turcarum imperator maxima diligentia iusserit civitates maritimæ Arabiae, quae in mare Persicum prospiciunt, citissime et quam valide muniri. — Sed minarum extrema eaque gravissima est, etiam in Indorum anglicis coloniis seditiones factiones, nunquam omnino domitas, sese iterum agitare coepisse, quarum profecto consilia si forte in apertum bellum erumpant, Anglorum res in maximo discrimine brevi erunt versurae. Attamen medentur his anxietatibus interdum tum Australiani, tum Americani coloni, quorum coetus iam constituerunt nonnulla armorum auxilia esse ad maiorum patriam mittenda. — Apud Batavos contra irae in anglicum bellum quotidie magis exardescunt, ita sane, ut privatis sermonibus iam contentae non sint, sed ipse batavus in Angliam legatus Golstein de Oldenaller a Vilhelma regina fuerit, datis epistolis, in patriam revocatus.

★

De Philippinis, ubi pariter bellum geritur, notiae nonnisi magno interiecto temporis spatio et ieuniae admodum transmittuntur, quamquam innotuit satis Americanorum copias haud late adhuc pervasisse, nec Luzon insulam tenuisse, et ad velitationibus adsiduis a barbaris semper lacerari, quarum quidem in altera, quae ad Sanctum Matthaeum oppidum prope Manillam commissa est, Lawton americanus dux ballistae ignito ictu interfactus concidit.

★

Contentiones et iurgia novissima, quae in Samoa insulis exorta sunt, pacem illam nuper Germanis auspiciis restitutam iam perturbant; factiones enim barbarae due, quarum altera Malietoa, altera Mataafa regem sequitur, ad pugnas hue illuc iterum descendederunt; quare germanica navitia in eas brevi proparare videbimus.

★

Inter tot autem ac tanta discrimina rerum, Urbi auspicatissima vigilia Dominicæ Nativitatis illuxit, cuius quidem matutinas nubes nitidus sol brevi re-

scidit, Vaticanas aedes effuso iubare splendide inundans. Insonabant interim late undique ex omnium templorum turribus sacra aera, quae inter vocis gravissimæ ex Vaticani templi aere maximo, quasi chorii princeps cantus percipiebatur. Pontifex in medias ovantis populi turbas, aula comitante nobili, ad portam sanctam descendit, eamque, inter sacros concentus laetissimam psalmi invitationem « Iubilate Deo » canentes, triplici ictu aurei mallei aperuit. Patent igitur ex tunc portae illae, quo advenae undique ex extremis usque orbis finibus convenientes caritatis illius a Christo edoctae fontem invenient, cuius tantum aquis humanae societatis in vera pace restituendae virtus data est et remedium.

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

IN Americana nordica foederata republica quadrangula suffragiorum numero administrari adversariorum factionem superarunt, ut de nummorum permutatione rogatio a se prolata lex fieret.

In Argentina republica, stipendia oratoribus populi persolvenda sunt aliquantulum imminuta; foedus de commerciis commutandis cum Gallia feliciter initum est; arbitrorum tribunal cum Italia in proximum annum datum.

In Austria de expensis in commune aerarium et ab Austria et ab Hungaria conferendis acerrimae contentiones sunt quotidie in comitiis exortae; quare Clary Oldingen comes, qui gubernio praeverat, suo munere sese abdicavit. Huius in locum Vittek, qui ferrea itinera moderabatur, suspectus est, ut res publicas interim gereret. Haec inter legislatores, qui aerarii expensas lustrant, de bellicis sumptibus tum pro Austria tum pro Dalmatiae provinciis rogationem ratam habuere; coetus vero nobilium rogationem alteram sancivit, qua ephemeredum quoddam sigillum una cum eius tributo abrogatum est.

In Gallia cum de coloniarum expensis coram populi oratoribus ageretur, Decrais, qui iis praest, magnam habuit orationem, qua sese proxime oblaturum spopondit rogationem novam, ut ad eas tuendas exercitus apte constitueretur. Lemire autem sacerdos acriter gubernantes obiurgavit eo quod nigritarum commercium in coloniis libere peragi sinerent. Circa pecuniam relinquendam administris ut summam omnem publici sumptus gerere valeant, cum praesertim expensae de iure dicendo et de magistratibus in discussionem venerunt, oratorum odia exarserunt, dicentibus plurimis sive pro, sive contra reos illos qui de maiestate coram senatu iudicantur, et nationalis in socialistas, istis vero in illos contumelias et accusations iacentibus.

Tandem vero a die mensis decembrii XXII feriae natitiae constituae sunt.

In Germania de canali Amburgensi effodiendo multa agitata sunt, itemque de coloniis fovendis, et de militari naval re augenda pro commerciis Germanorum magis magisque in dies diffundendis atque validius tuendis. His autem, quae ipsius Vilhelmi maxima desideria hoc temporis momento esse videntur, obstare acrius catholici, Lieber duce, apparuerunt, qui hac in re cautiis procedendum esse magnifica oratione disseruit.

In Graecia Tyamados, tribunus militum, ut oratoribus populi praesit, electus est.

In Helvetia Wilhelmus Hauser, patria Tigurinus, qui aerario hactenus praeerat, ut universo foederi praesit est renunciatus, et una cum eo novi ministri in proximum annum ad rempublicam gerendam sunt advocati. In nationali autem coetu de Simploone monte transfodiendo rogatio est approbata.

In Iberia vox quae de Africanis coloniis Russorum manibus tradendis late iam diffundebatur, a Silvela administrorum praeside inanis evincta est. Rogatio de vice-administro rerum navalium tollendo, uno tantum suffragio

est approbata; de expensarum autem summa nihil hactenus sancitum est, et non nisi interdum pro tempore est caustum, ut ministri eam gerere valeant.

In Italia, praeter ea quae pariter ad expensarum summa statuenda sunt in utroque coetu agitata, statutum est, ut nova aula ad oratores cogendos in palatio comitiorum erigatur.

In Peruviana republica novus praeses administratorum adlectus est De la Riva-Agueroches, qui sibi ad militares et navales res gerendas Velarde et Zegarra socios adiunxit.

SCRIBA.

AENIGMATA

I.

Non pater aut princeps est, nec prior absque priore. Exsulet hic *primus*; prior est atque imperat *alter*. Quem tamen interdum *totus* quit vincere inermis.

II.

Imperat ut cedas *prior*, et stas cum advocat *alter*. Iunge; duo produnt: Omen - Amica Iovi.

DIGAMMA.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

BIBLIA SACRA

VULGATAE EDITIONIS

Xysti V P. M. iussu recognita et Clementis VIII auctoritate edita.
(Affabre renovarunt Desclée, Lefebvre et Soc.).

Aenigmata ann. II, n. XXI proposita his respondent:

I. Nox - Nix - Nex - Nux.

2. Roma - Amor - Mora - Maro.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Carm. Testa; M. Mori; Ag. de Aguiar, Roma-Andr. Piotto, *Malado ad Vicentiam* - P. Pasquali, *Apua* - Ant. Portanova, *Salerno* - Ver. Cariolato, *Vicentii* - Ad. Artioli, *Ferraria* - Ricc. Magenta; Alb. Bapro; Abr. Morchio, *Genua*-Guil. Schenz, *Ratisbona*; Ios. Ant. Schneider, *Monachio in Bavaria* - Ant. Grasselli, *Archiepiscopus Viterbensis* - Ant. Galiero, *Aversa* - C. Morawski, *Cracovia* - Fr. Palata, *Iscin*; Ioan. Sedlák, *Praga, in Bohemia* - Seminarium Montis Regalis in *Siculis* - Ioannes Mediolanensis - Hild. Guépin, S. *Dominico de Silos ad Burgos* - Gust. Grünes, *Nicolsburgo in Moravia* - Car. Stegmüller, *Sabaria*; Seminarium Episcopale Neosoliense; Mart. Kheberich, *Scepusio, in Hungaria* - Val. Baldissera, *Ultimo*-Greg. Warnegger, *Cellis Marianis*; Ios. Vyková, *Sezzan, in Styria* - E. R. Massey, *Bicester in Anglia* - Caes. Meucci; Io. Aspresas Rocco, *Neapoli* - P. Anacleto C. P. - A. Sordet, *Thury*; Aug. Narquet, *Monteloco*; A. Chevénement, *Nods, in Gallia* - P. Garrone, *Pezzana ad Vercellas* - Alex. Rovitti, *Cerchiara in Calabris* - Alafr. Bartoli, *Grosseto* - Ioan. Sobczynski, *Wloclawek*; Ios. Rokoszny, *Sandomiria, in Polonia* - Ioan. Falconbridge, *Toronto*; Am. Robert, *Marieville*; Aug. Roberge, *Ciclot, in Canada* - E. Schütt, *Suechteleia in Germania* - Alex. P. Gest, *Lambertville in civ. foed. Americae sept.* - Cyr. Zucchetti, *Caravaggio ad Bergomum* - Aug. Ed. de Druffel, *Welberghen in Guestphalia* - I. Gylling, *Vishy in Suecia* - Igu. Aguilar, *Morelia in Mexicana republica* - H. Heussler, *Basilea* - P. Alexius C. P., *Urbetlio* - Alois, Cappelli, *Senis* - H. Doswald, *Neo-Baltimore* - S. Ceslaus, *Petripoli* - E. Frachetti, *Mengalore* - I. B. Etschenberg, *Albano*.

Sortitus est praemium:

HILD. GUÉPIN

ad quem missum est opus, cui titulus:

NOVUM IESU CHRISTI TESTAMENTUM

VULGATAE EDITIONIS

Xysti V Pont. Max. iussu recognitum et Clementis VIII auctoritate editum.

(Affabre renovarunt Desclée, Lefebvre et Socii).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMÆ - Ex Officina Forzani et Socii.

- XIII. . . Ciceronis M. Tullii Orationes. Ed. MÜLLER. (Voll. 3).
 XIV. . . Ciceronis M. Tullii Epistulae. Ed. MÜLLER. (Voll. 2).
 XV. . . Ciceronis M. Tullii Scripta philosophica. Ed. MÜLLER. (Voll. 3).
 XVI. . . Eclogae poetarum latinorum. Ed. S. BRANDT.
 Id. graecorum. Ed. STADTMÜLLER.
 XVII. . . Gellii Auli Noctium Acticarum libri XX ex rec. M. HERTZ. (Voll. 2).
 XVIII. . . Historicorum Romanorum fragmenta. Collegit, disposesuit, recensuit H. PETER.
 XIX. . . Orosii Pauli Historiarum adversus Paganos libri VII. Rec. C. ZANGEMEISTER.
 XX. . . Panegyrici Latini XII. Rec. AEM. BAEHRENS.
 XXI. . . Poetarum Romanorum fragmenta. Ed. AEM. BAEHRENS.
 XXII. . . Silii Italici Punica. Ed. L. BAUER. (Voll. 2).
 XXIII. . . Taciti C. Cornelii Libri qui supersunt. Rec. C. HALM. (Voll. 2).
 XXX. . . Divi Thomae Aquinatis Summa Theologica ad emendatores editiones impressa et accuratissime recognita. Edid. Romae Forzani et S. - Leo PP. XIII aureo numismate decoravit.
 XXXI. . . Divi Thomae Aquinatis Summa Philosophica contra Gentiles ad lectionem codicis autographi in bibl. Vaticana adservati, probatissimorum codicum meliorisque notae editionum fideliter impressa. - Romae, ex off. Forzani et S.
 XXXII. . . Biblia sacra vulgatae editionis Xysti V P. M. iussu recognita et Clementis VIII auctoritate edita. - Affabre renovarunt Desclée, Lefebvre et S.
 XXXIII. . . Novum Iesu Christi Testamentum vulgatae editionis Xysti V P. M. iussu recognitum et Clementis VIII auctoritate editum. - Affabre renovarunt Desclée, Lefebvre et S.

(Quae opera omnia prodierunt Lipsiae ex officina Teubneriana).

Subnotationes atque praepositi praemii indicatio recto tramite mittantur ad *Vox Urbis* commentarii administratorem, Roma, via Alessandrina, 87.

PER ORBEM

Occidit tandem annus, quem strepientia tormenta bellica, indigno fato, ex ultima Africa salutant, cui contra felix novarum rerum auspiciū annus sanctus pacis universae praeludit. Quare proximum novi anni ortum, quippe qui deciminoni aevi extremus erit, non aliter vobis ominor, ac placuit Vilhelmo, Germanorum Caesaris, maxima solemnitate celebrare, cuius quidem iussu non tantum epistolares chartulæ apis ornamenti venustæ per Germaniam diffundentur, sed et singulis eius exercitus legionibus memoria signa et vexilla tradentur, ut, diei huius monumentum, in castris singulorum reposita assertentur.

¶

Non tamen impiderunt optimae gubernantium voluntates quominus extremi hi dies inforniis contristarentur latissimis, neque vero sperare iuvat, malorum extrema haec tandem fuisse, et prospera omnia novae aetati cessura.

Dolent equidem, nec immerito, Regienses, qui Astam in ultima Iberia incolunt, mercium emporium in suo portu sese vidisse igne absumptum nec fistulis ullis aquarum, nec vigilibus datum esse, ut illud valerent extinguere: dolent Murciani in urbano suo theatro globum ignita pulvere refertum repentina eruptione ac flammis caveam et perystilia in ruinas convertisse; dolent Augustani in Americae septentrionalis Georgiana republica integrum suae civitatis viam flamarum ira pariter suis voratam, ita ut nonnisi sterilis cinerum cumulus iam squaleat, ubi civilium commerciorum vita paulo ante fermebat; neque dolent minus Amalphiae urbis incolae, qui montem sibi impendentem late delapsum viderunt magna hominum nece, itemque Pensylvani, quorum latissima opifex ad succunda linteal constituta, Vulcani rabie, mox delecta fuerunt.

Verum ignita claudicantis numinis ira haud minores fuerunt utriusque fratris tum aequoreum aërei furores. Illos namque vix effugit *Spiritus*, Austrorum navigium, qui in Palinuri capitis scopulos prope incidisset, nisi *Sicilia* locata itala navis eius discr'mini succurisset, ac potenti' ignita vi, qua agitur, ventos et fluctus dominata, fragilem scaphum secum in Parthenopis portum duxisset sospitem. Sed ad Aronia litora non ita levis marina fortuna se gessit; properabant enim hinc et inde gallica navis *Mosa* atque italica illa, quam *Perseum* nuncupaverant; altera in Ianuensem portum, altera in Mauritaniam tendebat. At cum nebula iam atra et densissima puppes undique praecinxisset, gallicae navis prora in italicae latus occurrens impetum fecit, disiecit crates, atque ipsa ex occurrsum vi flammis excitatis pene vorata est. Nautas qui *Mosam* concenderant, iberica navis alia sospites recipit; utrique vero in Aronicum portum sese recipere oportuit ut, quo l' inverant iter, detimentis refectis, prosequi valerent ac perficere.

¶

Haec inter Parthenopaea et Sicula litora atræ procœllæ pervastant et urbes et pagos late depopulantur; nordicæ vero Italiae Liguris in oris mitior aer et hiemis temperies manet, ita ut ab Americanis plurimis, ex tot fortunatis illis, qui Croesum opibus aemulantur, quasi hiberna delecta sint; non enim, idque iure, alibi per orbem sese posse suavius frigoris tempestates ducere quam sub Liguriae nitido caelo autumant. Illuc immo, ut nostis, ipsa Anglorum regina solet quotannis migrare, et profecto, nos ipsi libentissime conferremus. Sed quamvis hactenus a tot dissimorum opibus longissime abesse misera fortuna nos cogat, ne volumus quidem eorum otia curiosa aut invida mente perturbare; et ianuarias

alendas in nostra exiguate celebrantes, ipsis quoque, praesertim si in socorum numero re censeantur, omnia bona, felicia, fausta ex animo adprecamus.

VIATOR.

VARIA

Gaudens Societas.

Chicagi coetus iam tribus abhinc annis constitutus est, cui nomen a ludo; neque alieni a nomine mores coeuntum. Unusquisque e sociis tenetur lege, ut semel quotannis inveniat iocum, qui ingenio et dignitate laudabilis sit, risumque provehat. Praestantissimo praemium solempne et ritu grandi decernitur.

Societatis aerario praefectus et ipse in ludum proferendum conatus, una cum arca et pecunia, ut aiunt, effugit. Huiusmodi vero iocum Societas coetusque acerbe tulerunt, et iocantem in ius vocarunt, tamquam latrociniis reum. Iudices autem inquirunt, praemio carceris donaturi sufficientem, si tamen arripuerint.

*

Ioci.



Barduccius ab astrologo patre saepe audierat profecto esse in factis, ut Luna suis, et propriis, et accommodatis opportunitati lunari habitatoribus uteretur. Quum itaque lunarem orbem paene deficientem vidisset, moerentissimus vultu dolorem puerilis animæ praeferebat. Cui pater: « Quid, catelle mi, aegritudinis et angoris? » Cui Barduccius: « Angor, o pater, casu Selenitarum, qui deficiente Luna, pereunte solo, in illud horridum inane concident; iam enim vix falcula superest, in qua pedes teneant ». P. d. V.

T. G. FRATRUM PARISI Candelarum ad Sacra Opificium praemii insigne

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM



* ROMAE in ITALIA *



In Foro Campi Martii, 6



Singulis in artium recognitionibus publice habitis
maxima relata munera

Leo PP. XIII honores addidit

Lateranensi Archibasilicae, itemque Vaticanae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione
solemne sit, suppeditat.



Nullo impendio iubentium res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur.

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur.

Cuivis quaerenti explicatio erit uberior.

Praecipua Templa cereis instruit ubique ter-
rarum. In Asiam, Africam et urbem Constantino-
polim mittit ingentia rerum huiusmodi pondera,
pretio *francs* 180 pro singulis 100 Chilogramm.

Si vero ab America aut ab Australia petantur
onera (300 Chilogramm. *ad minimum*), pretium erit
francs 250 pro 100 Chilogramm.



FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud comm. VOX URBIS Administrationem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administrationem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

MINERVA

RECENSIONUM RECENSIO

Moderatore FRIDERICO GARLANDA

ROMAE - VIA del Corso, 219 - ROMAE

Singulis Dominicis diebus prodit, scripta maximi
momenti, quae, sive in praecipuis commentariis, sive in libris
vulgantur, accuratissime referens.

Specimina cuique petenti gratuito mittuntur

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE - Via Alessandrina, 87

Prospectus Subnotationis ann. MCM

(Vid. in secunda operculi pagina).